

1495. in Majo. v. Junio. Ex Orig. Arch. Regni

453.

Consensus obligandi medietatem ville
Stary Rypiny a Joanne Alberto Datus

88

Johannes Albertus Dei gratia rex Poloniae
supremus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiaeque
Dominus et heres etc. Significamus tenore
presentium, quibus expedit universis. Quia sup:
plicatio pro parte generose Barbarae relictae
olim Generosi Vincentij De Skampe Succame:
rarij Dobrzinensis, coram nobis humiliter
facta in se continebat, quatenus sibi me:
diatatem ville nostre Staroripiny in terra
Dobrainensi et districtu Ripnensi jacentem
tenuta sua in centum viginti quinque
marcis polonicis solidorum nobili Gre:
gorio de Tschuchowo terrigeno nostro, et uxo:
ri sua nobili Barbarae obligare consentire:
mus. Nos itaque hujusmodi supplicatio:
ni annuentes, sibi Barbarae medietatem
ville praefatae nostre taliter obligare con:
sensimus, et admisimus, consentimusque
et admittimus, tenore presentium medi:
ante. Ita tamen quod summa praefata cen:
tum viginti quinque marcarum polonici:
um solidorum, in qua medietatem ville
nostre praefatae, obligabit summam prio:
rem in literis capitalibus contentam, non
augeat, neque excedat per ipsum Gregori:
um de Tschuchowo, et uxorem suam Bar:
baram, eorum quoque successores legitimi:
mos

mos, medietatem ville nostre prefate,
cum omni jure, proprietate, et Dominio
ac cum omnibus pertinentijs, et spectan-
tjs ad ipsam quomodolibet ab antiquo per-
tinentibus et spectantibus, tenendam, ha-
bendam, utifruendam, pacifice quoque et
quiete possidendam, usque ad exemptionem
et solutionem prefatorum centum vigin-
ti quinque marcarum Polonicarum soli-
darum, que, ut dictum est, summam prio-
rem in literis capitalibus contentam, nun-
quam augere neque excedere debet, juri-
bus et stationibus nostris regalibus pero-
minia semper salvis. In cujus rei testimo-
nium sigillum nostrum presentibus est
subappensum. Datum in Brzesch Cujaviensi
feria sexta proxima ante festa Penthe-
costes. Anno domini Millesimo quadringen-
tesimo nonagesimo quinto. Regni vero no-
stri Polonia Anno tertio.

Gregorius Vicecancellarius subscripsit
Relatio Venerabilis Gregorij De Lud-
branz Regni Polonia Vicecancel-
larij.

Ja Kopia z oryginalu pergaminowe-
go, przepisana dnia Osmego Miesiaca
Lipca. Roku Damskiego 1785go, ad kto-
rego pieczęć oderwana. ~